Cum huius diei magni & horrē
di Comete recens apparitio
mortalium corda perterreat·
uulgiq̧ uarie oppiniones de eo cōtinue
exoriantur · nec ſit quiſq̄ qui tanti rei
nouitate ductus·ſolerti ſtudio qd huic
mundo pretendere poſſit inquirere de
ſinat·Eapropter ſtatui·quedam iuxta
paruulas igenioli mei uires breuiter de
huiuſcemodi rei ſignificatione pernota
re Primo qdem ut Reuerendiſſime dn̄e
tue uolūtati paream·Secūdo ut uniuer
ſis quorum mens huiuſce rei timore ſit
exagitata·ut nullus impreſentiaꝝ pre
ter huiuſce rei ſermo per eorū ora uer
ſetur·paululum portenta declarem·ni
hil tamen referam quin rationibus dic
tiſq̧ philoſſophorū comprobem ·Sed ſi
quid rude uel minus probe forte conue
niat dixero·non huius diuine artis ſci
entiam ſed imperitiam meam potius ac
cuſandam fore relinquo· Sex enim capi
tulis Reuerendiſſime dn̄e iudicium hoc
meum diſtinctum reddam·
Primum qd ſit Cometa et qualiter cau
ſetur ·
Secundū que fuit cā generatōnis huius

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1438/0007

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG